

Strabonē etiaz historicū & geographū ac p̄m: necnō homerice maiestatis
 expozitorē (vt q̄busdā placet) natione cretesem hisdē t̄pib⁹ illustrē fuisse ex
 opib⁹ suis inuenim⁹. qui cuz doctissim⁹ vir eēt & magnaz rez cognitione peritissim⁹
 haberef. Inter cetera sue virtutis monimēta de geographia mundi decem &
 septē libros ppulchros edidit. In quib⁹ vel omiffas vel neglectas ant vetustate
 oblitās orbis ptes ad vnguē restituit. Et diligētissime designauit: pplos natio-
 nes res gestas: mōtes: maria: & eoz terminos ante oculos n̄ros clarissime posuit.
 hic ex mitridatis regl sanguie maternali linea originē duxit. Cui⁹ clarissimū op⁹
 diu latinis incognitū Nicola⁹ papa q̄nt⁹ p gregoriū Typernatē trāsserri i pte vo-
 luit. Reliquū vō opis mancū videls europā guarin⁹ veronēsis absolutū reddidit



Joachim

Anna



Anna mulier hebreā isachar iudei filia in cōiugijs ioachim viri
 sanctissimi de tribu sua tradita. Cū diu sterilis & sine ple stetit-
 ser: post multas orationes & lachrimas angelica monitione premissa
 Mariā futurā dei genitricē genuit filiam. Qua pcreata mox ioachim
 viro defuncto: nupsit alteri viro noie Cleophe. de quo etiā alteras ma-
 riam Cleophe suscepit filiā. Cleophas aut mariam filiastrā p̄dictā io-
 seph copulauit vxorē. Sed & mariā filiaz suam Alueo tradidit vxorē
 ex q̄ nati sunt Jacob⁹ alphei Symō chanane⁹ & Judas thade⁹. Adoz
 tuo q̄s cleopha anna tercio secundū legem moysi alteri viro noie Sa-
 lome nupsit. ex q̄ terciā filia noie mariam solome genuit. que tandem
 sebedeo despōsata. Jacobū maiorē & Johannē euangelistā pepit fi-
 lios. Hec q̄ppe anna sororē noie ysmeriā habuit de qua nata est Elisa-
 beth iohannis baptiste mater. Anna cum in preceptis & in v̄ijs dñi
 toto tpe vite sue ambulasset plena dierū quieuit in dño.

Zacharias hebre⁹ de vico abia sacerdos & p̄pheta dñi diui Jo-
 hannis baptiste genitor vir toti⁹ sanctitatis exemplar Eliza-
 beth virginis marie cōsobrinā duxit vxorē. Ambo quidē in-
 nocētia pietate & grā sanctissimi. Qui cum diu steriles fuissent: & iam
 Elizabeth pcessisset i dies suos: & muliebria ei fieri desuissent. dñs eo-
 rum orationib⁹ pmot⁹: filiū tandē noie Johannē baptistā dedit. Naz
 cū zacharias in ordine sacerdotio fungeref & incensum adoleret. So-
 lus templum dñi ingressus vidit in dextera parte altaris incensi ange-
 lum. quo territo ait angelus. Ne timeas: vxor tua sequēti anno pariet
 tibi filiū & multi in ei⁹ natiuitate gaudebūt & erit magn⁹ coram dño.
 Vinum & siceram nō bibet. Zacharias ait: ego iam senex sum & vxor
 mea pcessit in dieb⁹ suis. Angelus incredulitatis signū dixit: qz mut⁹
 eris quousq; hec implebunt. Zacharias templi fores egressus cum
 nec loqui posset intellexerunt eum visionē vidisse. abiēs in domū suam &
 statim Elizabeth concepit. & pre-
 verecundia quinq; mensib⁹ se occultauit. In sexto deniq; mēse Maria virgo &
 dñi mater a spiritus sancto im-
 pregnata ad salutandā eam prexit. Cui⁹ salutationē sensit Elizabeth. exultauit
 infans pre gaudio in vtero
 ei⁹. Deperit deniq; filiū Elizabeth & vicini & cognati ei cōgratulabant.
 Cū die octaua circūcideref puer:
 innuerūt patri que vellet vocari eum. Accipiesq; calamū scripsit. Johannes
 est nomē ei⁹. & cōfestim aptus
 est os ei⁹ & p̄phetauit dicēs. B̄ndict⁹ dñs de⁹ isrl̄ zc. Tandē in oī sanctitate
 vt p̄pheta defunct⁹ est.

Zacharias. Elizabeth



Maria virgo



Maria beatissima ac gloriosissima dei genitrix: virgoq; p̄petua ex radice
 iesse exorta. Anno. 28. imperij Augusti in nazareth ciuitate Iuda patre
 Joachim: matreq; Anna nascif. Puella siquidē elegātissima oīm̄q; ocu-
 lis admirabilis. quā cū mater ablactasset: tercio etatis sue anno iuxta votū tēpli
 seruiicio cū reliq; virginib⁹ manciparūt. quo in loco p̄ter etatē sicut ceteras nobi-
 litate & pulchritudine p̄cellerat. ita & doctrinā & sancte viuēdi rōnē ab ipsis tene-
 ris annis & exemplo & lectione didicit. adeo vt breui & religione & sanctitate: nec
 nō & humilitate tuz in reb⁹ diuinis tuz in humanis reliq; sacris virginib⁹ fieret
 incōperabilis: quāobzē de⁹ delegit eam in matrē incarnationis filij sui. Et cū tre-
 decimū etatis sue expleffet annū diuino disponēte cōsilio Ioseph de tribu sua cō-
 nubio cōiuncta fuit. Qua despōsata cōfestim angel⁹ Gabriel in nazareth ad eam
 venit & magno lumine coruscans virginis thalamū venerabiliter intrauit. & eam
 his verbis salutauit. Ave grā plena dñs tecū. Adiecitq; Inuenisti grāz apud dñm. Ecce cōcipies & paries
 filiū & vocabis nomē ei⁹ ism. Ad hec maria. Ecce ancilla dñi fiat mihi fm verbū tuū. Et subito verbū caro
 factū est. Quib⁹ gestis repēte ad Elizabeth visitādā prexit: vbi p tres mēses pmāsit. Ibiq; mirificū cecinit
 carnē. Magnificat aia mea dñm. Edito itaq; Iohanne baptista. Maria iam grauida domū redijt. qd vbi
 Ioseph vir ei⁹ didicisset eam esse pregnantē: decreuit ip̄am occulte dimittere. Sed eo hec cogitāte (vt Ma-
 the⁹ ait) Angel⁹ dñi p somniū ip̄m monuit qz natū in eo erat hoc de sp̄sctō esse p̄testat⁹ est. Reliq; vō beatis-
 sime virginis marie gesta & obseq̄a & actus vite ei⁹ vsq; ad passionē filij ei⁹. ex euangelio colligi possunt.